



LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST.



Vsebina: 69. Litterae Apostolicae de consecratione novi templi B. M. V. a sacratissimo Rosario in Lourdes. — 70. Decretum Augustodunen. Beatificationis et canonisationis ven. servi Dei Claudii de La Colombière, Sacerdotis professi e Societate Jesu. — 71. Poziv na čč. gg. duhovne pastirje in katehete. — 72. Prorogatio facultatem quoad alienationem bonorum Regularium. — 73. Privilegiji Bonifacijeve družbe. — 74. Davčni certifikati kot priloge fasijam so kolka prosti. — 75. Uvrstitev duhovnikov-vojakov v rezervo in klerikov v evitenco nadomestne rezerve. — 76. Raziskavanje po maticah. — 77. Konkurzni razpis. — 78 Škofjska kronika.



69.

Litterae Apostolicae de consecratione novi templi Beatae Mariae Virginis a sacratissimo Rosario ad oppidum Lourdes in Galliis mense Octobri MDCCCCI.

LEO PP. XIII. Universis Christifidelibus praesentes litteras inspecturis

Salutem et apostolicam benedictionem.

Parta humano generi per Iesum Christum Redemptorem immortalia beneficia in nostris omnium animis penitus insident, atque in Ecclesia non modo memoria recoluntur sempiterna, sed etiam eorum commentatio quotidie cum suavi quodam amoris officio erga Virginem Deiparam consociatur. — Nos siquidem cum diuturnum Summi Sacerdotii Nostri spatium respiciamus, atque animum ad acta Nostra revocemus, grato et iucundo perfundimur consolationis sensu, conscientiam earum rerum, quas, auctore bonorum consiliorum atque adiutore Deo, ad maiorem Mariae Virginis honorem vel suscepimus Ipsi, vel a catholicis viris curavimus suscipiendas ac provehendas. Illud autem est singulari Nobis gaudio, Marialis Rosarii sanctum institutum hortationibus curisque Nostris esse magis in cognitione positum, magis in consuetudine populi christiani invecum: multiplicata esse Rosarii sodalitia atque ea in dies sociorum numero et pietate florere: multa litterarum monumenta ab eruditissimis viris elucubrata esse et late pervulgata: denique Octobrem mensem, quem integrum Rosario sacrum haberi iussimus, ubique terrarum magno atque inusitato cultu splendore celebrari. Praesenti autem anno, a quo suum saeculum vicesimum ducit exordium, officio Nostro Nos prope putarem deesse, si opportunam praetermitteremus occasionem, quam Nobis Venerabilis Frater Episcopus Tarbiensis, Clerus, populusque oppidi Lourdes sponte obtulerunt, qui in templo augusto, Deo sacro in honorem B. M. V. a sanctissimo Rosario, quindecim

construxere altaria, totidem Rosarii mysteriis consecranda. Qua quidem occasione eo libentius utimur, quod de iis Galliae regionibus agitur, quae tot tantisque Beatae Virginis illustrantur gratiis, quae fuerunt olim Dominici Patris Legiferi nobilitatae praesentia, et in quibus prima incunabula sancti Rosarii reperiuntur. Neminem enim christianorum hominum latet, ut Dominicus Pater ex Hispania in Galliam profectus, Albigenis haeresi per id tempus circa saltus Pyrenaeos, veluti perniciose lues, Occitaniam fere totam pervadenti, invicte obstiterit; divinorumque beneficiorum admiranda et sancta mysteria exponens et praedicans, per ea ipsa loca circumfusa errorum tenebris lumen veritatis accenderit. Id enim apte singulis singuli vel ipsi faciunt eorum mysteriorum ordines, quos in Rosario admiramus, ut christianus quippe animus sensim sine sensu cum crebra eorum cogitatione vel recordatione vim insitam hauriat, combibat; sensim sine sensu adducatur ad vitam modice in actuosa tranquillitate componendam, ad adversas res aequo animo et forti tolerandas, ad spem alendam bonorum in potiore patria immortalium, ad Fidem demum, sine qua nequicquam quaeritur curatio et levamentum malorum, quae promunt, aut propulsatio periculorum, quae impendent, adiuvandam atque augendam. Quas Dominicus, aspirante atque adiuvante Deo, Mariales preces primus excogitavit et Redemptionis mysteriis certo ordine intermiscuit, Rosarium merito dictae sunt: quoties enim praeconio angelico gratia plenam Mariam

consalutamus, toties de ipsa iterata laude eidem Virgini quasi rosas deferimus, iucundissimam efflantes odoris suavitate; toties in mentem venit tum dignitas Mariae excelsa, tum inita a Deo per benedictum fructum ventris gratia; toties reminiscimur alia singularia merita, quibus Illa cum Filio Iesu Redemptionis humanae facta est particeps. O quam suavis igitur, quam grata angelica salutatio accidit beatae Virgini, quae tum, cum Gabriel eam salutavit, sensit se de Spiritu Sancto concepisse Verbum Dei! Verum nostris etiam diebus vetus illa Albigensium haeresis, mutato nomine, atque aliis in- vecta sectis auctoribus, novis sub errorum impiorumque commentorum formis atque illecebris mire reviviscit, serpitque iterum per eas regiones, et latius contagionis foeditate inficit contaminatque populos christianos, quos misere ad perniciem et exitium trahit. Videmus enim et vehementer deploramus saevissimam in praesens, praesertim in Galliis, adversus religiosas Familias, pietatis et beneficentiae operibus de Ecclesia et de populis optime meritas, coortam procellam. Quae quidem dum Nos mala dolemus, et gravem concipimus ex Ecclesiae acerbitatibus animi aegritudinem, auspiciato obtigit ut non dubia inde ad Nos profecta sit significatio salutis. Bonum enim faustumque capimus omen, quod firmet augusta caeli Regina, quum in sacris aedibus de Lourdes tot, ut supra diximus, proximo Octobris mense dedica- canda sint altaria, quot mysteria sanctissimi Rosarii numerantur. Nec quidquam certe ad Mariae conciliandam et demerendam saluberrimam gratiam valere rectius potest, quam quum mysteriis nostrae Redemptionis, quibus illa non adfuit tantum sed interfuit, honores, quos maximos possumus, habeamus, et rerum contextam seriem ante oculos explicemus ad recolendum propositam. Neque ideo Nos sumus animi dubii, quin velit ipsa Virgo Deipara, et pietissima Mater nostra, adesse propitia votis precibusque, quas innumerae illuc turmae peregre confluentium Christianorum rite effundent, iisque miscere et sociare implorationem suam, ut, foederatis quodammodo votis, vim faciant, et dives in misericordia

Deus sinat exorari. Sic potentissima Virgo Mater, quae olim cooperata est caritate ut Fideles in Ecclesia nasce- rentur¹⁾, sit etiam nunc nostrae salutis media et se- questra; frangat, obtruncet multiplices impiae hydrae cervices per totam Europam latius grassantis, reducat pacis tranquillitatem mentibus anxii; et maturetur ali- quando privatim et publice ad Iesum Christum reditus, qui salvare in perpetuum potest accedentes per semet- ipsum ad Deum.²⁾ — Nos interea Venerabili Fratri Episcopo Tarbiensi, et dilectis filiis clero et populo de Lourdes benevolum animum Nostrum profitentes, omnibus et singulis eorum optatis, quae nuper Nobis significanda curarunt, Litteris hisce Apostolicis obsecundare decre- vimus, quarum authenticum exemplar ad universos Vene- rables Nostros in pastoralis munere Fratres, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, reliquosque sacrorum Anti- stites in orbe catholico existentes iussimus transmitti, ut hi quoque eodem ac Nos gaudio et sancta laetitia perfundantur. Quamobrem, quod bonum, felix, faustumque sit, Dei gloriam amplifcet, et toti Ecclesiae catholicae benevertat, auctoritate Nostra Apostolica per has ipsas litteras concedimus, ut dilectus filius Noster Benedictus Mariae S. R. E. Cardinalis Langénieux dedicare licite possit nomine et auctoritate Nostra novum templum in oppido Lourdes erectum, sacrumque Deo in honorem B. M. V. a sanctissimo Rosario; ut idem dilectus filius Noster in sollemni sacro faciendo utatur libere Pallio velut si in Archidioecesi adesset sua; utque post sacrum sollemne adstanti populo, item auctoritate et nomine Nostro, possit benedicere cum solitis Indulgentiis. Haec concedimus, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die VIII Septembris MDCCCXI, Pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

A. Card. M a c c h i.

¹⁾ S. Aug. De sancta Virginitate. Cap. VI.

²⁾ Hebr. VII, 25.

70.

Decretum

Augustodunen. Beatificationis et canonizationis ven. servi Dei Claudii de La Colombière, Sacerdotis professi e Societate Jesu.

Super dubio

An constet de Virtutibus Theologicalibus fide, spe et caritate in Deum et proximum, nec non de Cardinalibus prudentia, iustitia, temperantia, fortitudine iisque adnexis in gradu heroico in casu et

ad effectum de quo agitur. Universus terrarum orbis non ita pridem SSmmo Cordi Iesu publico ac sollemni ritu devotus, haud poteret V. S. Dei Claudii de La Colombière memoriam a B. Margaritae Mariae Alacoque recordatione seiungere, praesertim quum utrique Eze- chielis illa verba convenire videantur: „*dabo vobis cor*

novum — et spiritum meum ponam in medio vestri“ (Ezechiel. XXXVII, 26. 27). Quod si ut est in Ecclesiastico „*gloria hominis in honore patris*“ (Eccl. III, 13) quos caelitem honores consecuta filia est, iisdem decebat illum augeri, cuius paterno magisterio ipsa „*ascensiones in corde suo disposuit*“. Plane autem aequum fuit beatorum ritu colendum proponi virum non modo sanctitatis alienae spectatorem ac testem, sed eius ita participem ut ad singularem Ecclesiae utilitatem et ad absolutae virtutis exemplum excitatus esse videatur.

Ortus est Ven. Claudius, IV non. Februar. an. MDCXLI in pago Sancti Symphoriani *de Ozon* parentibus genere ac pietate conspicuis. Transacta summa innocentiae laude pueritia, quum vix annum aetatis suae XI attingeret, Lugdunum missus est instituendus a PP. Societatis Iesu, quibus ducibus ac magistris studiorum cursum felicissime absolvit.

Divinarum rerum in dies magis desiderio flagrans, impetrata, non sine assidua sollicitudine et contentione, venia a parente, Avenionem contendit, ibique inter sodales Societatis Iesu, cui quantum in schola sanctitatis et evangelicae sublimis pariter humilisque sapientiae Christiana respublica debeat declarant propriae regionum historiae, religiosae vitae tirocinium posuit. Quo exacto, primum rhetoricae, mox theologiae tradendae munus obivit in Lugdunensi Collegio SSmae Trinitatis. Idem votis iam nuncupatis, eo virtutis processit, ut arduum illud adiecerit Instituti sui leges omnes et singulas diligenter servandi sub gravis culpae poena; cui voto fidelissime satisfecit.

Sacerdotio initiatus, in duo illa sacri ministerii sane praecipua, sedulo incubuit, quorum alterum concionandi munus est, alterum „*ars artium regimen animarum*“. Illa quidem, quae ipsius erat simplex et efficax dicendi copia, sic est perfunctus, ut devios ad meliorem frugem, dissidentes ad Ecclesiae sinum quamplures revocaverit. In officio autem moderandae conscientiae haud sine divino instinctu Margaritae Mariae adstitisse magna laus est, quae ipsum tamquam ministrum sibi divinitus datum agnovit. Ac multum quidem Ven. Claudius operae contulit, multaque perpessus est in provehendo cultu Sacratissimi Cordis Iesu, cui religioni haud pauci initio adversabantur.

Religiosae suae domus rector electus Parodii, biennio post ad Angliae regis aulam missus est ut concionatoris munus apud clarissimum Eboracensem ducem obiret, ubi non tam in principis aede quam pio in recessu versari visus est. Nec tamen id vitae genus impedimento fuit, quominus haereticorum calumniis impeditus, et carcere et exilio damnaretur.

His invicto animo toleratis, Parodium reversus est aegrotus; perrexitque nihilominus saluberrimo fungi ministerio, nihil de consueto caritatis ardore remittens. Tandem a proposito Viennam discedendi per epistolam

a Margarita Maria deterritus, quae divinitus sciret esse illi mortem obeundam Parodii, paucis post diebus, tot fractam laboribus, tot iactatam procellis, tot meritis insignem mortalem vitam cum beatissima commutavit XV cal. Martias anno MDCLXXXII.

Demortui laudes et praeclarae sanctitatis opinionem non modo dies non imminuit, sed ita auxit ut plane dici possit Venerabilis Claudii nomen tam longe lateque pervagatum fuisse, quantum terrarum complexa est Sacratissimi Cordis Iesu religio. Itaque plurimi singulari eum pietate coluere, quos inter Beata ipsa virgo Margarita Maria, sueta quotannis tanti Patris memoriam celebrare, quasi festum diem. Fama haec multis confirmata prodigiis non potuit communia studia non excitare ut Augustodunensis Causa ad S. Rituum Congregationem deferretur. Quamobrem, institutis perquisitionibus, digestis tabulis ceterisque ad ius bonum absolutis, de virtutibus in gradu summo, quadruplici actione rite confecta, est disceptatum; prima in antepreparatorio conventu decimotertio calendae Ian. anno MDCCCXCVIII advocato ad aedes R.mi Cardinalis Miecislai Ledóchowski, Causae Relatoris, Praefecti Sacri Concilii christiano nomini propagando; altera in duobus comitiis praeparatoriis ad Vaticanum indictis nono calendae Augusti anno MDCCCC; et deinde quaestione instaurata septimo calendae Apr. volventis anni; ac tandem quarta in coetu universo ibidem habito coram Sanctissimo Domino Nostro Leone PP. XIII septimo idus Iul. mox elapsi. In quo, proposito dubio ab eodem R.mo Card. Miecislao Ledóchowski: „*An constet de Virtutibus Theologicalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, item de Cardinalibus Prudentia Iustitia, Temperantia, Fortitudine, iisque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur*“; omnes qui aderant tum R.mi Cardinales, tum Patres Consultores, constare unanimi consensu censuerunt. Horum sententias laetissimo animo excepit Beatissimus Pater sequentibus verbis: *Causa in hodierno conventu feliciter acta eiusmodi est, quae Nos, candide fatemur, insueta quadam laetitia plane perfundit. Excitatur enim animo suavis et dulcis praeteritae aetatis memoria, quum Nobis adolescentibus pergratum erat, pie lectitare scripta huius Ven. Famuli Dei; et magnopere delectabamur de sancta illa necessitudine; quae ipsi cum B. Margarita Alacoque et coram et per epistolas intercessit. Augent porro laetitiam nonnulla provida praesentis temporis adiuncta, ex eo praesertim quod, ut probe scitis, Nobis placuit universitatem generis humani laborantis clementissimo Iesu Christi Cordi sub initio saeculi consecrare. Ecquid igitur per se opportunius, ecquid Nobis optatius quam, ut aliquando liceat ad honores beatorum Caelitum illum evehere, qui huius sacratissimae saluberrimae in*

Iesum pietatis patronus et propugnator existit insignis!

Attamen idem Pontifex Maximus decretorium iudicium de more proferre distulit, ut divinae significatio voluntatis in re tanti momenti, effusis ad Deum precibus, innotesceret.

Hodierna vero die Dominica XI post Pentecosten, Sacris ante operatus in privato sacello atque inde Vaticanam aulam nobiliorem ingressus, ad Se arcessivit Rmos Cardinales Dominicum Ferrata S. RR. Congregationi Praefectum et Miecislauum Ledóchowski Causae Relatorem una cum R. P. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore meque infrascripto a Secretis, iisque adstantibus solemniter edixit: „*Ita constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum*

et proximum, nec non de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine iisque adnexis Ven. Claudii de La Colombière in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur ut procedi possit ad ulteriora, hoc est ad quatuor miraculorum discussionem.“

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in Sacrorum Rituum Congregationis tabulis inscribi iussit tertio idus Augusti an. MDCCCCI.

Dominicus Card. Ferrata
S. R. C. Praefectus.

L. + S.

† Diomedes Panici, Archiep. Laodicen.
S R C Secretarius.

71.

Poziv!

Od raznih krajev sem dobil pozive za duhovno in telesno pomoč naših rojakov.

1. Severna Amerika.

Tu je v nekaterih škofijah mnogo našega ljudstva; ker se jih vsako leto na stotine tje izseli, manjka jim pa duhovne pomoči. Ker je tam premalo slovenskih duhovnikov, zato se mnogi izgubé časno in večno.

Amerikanski škofje bi našim rojakom radi pomagali. Zato želé, da bi se za Ameriko oglaševali mladeniči, ki so dovršili vsaj šest gimnazijalnih razredov in čutijo v sebi poklic do svetih misijonov. Nadškof Ireland ima v Št. Pavlu v Minnesoti veliko semenišče; v to bi slovenske mladeniče sprejemal, kjer bi se naučili angleškega jezika, privadili na običaje amerikanske in pripravili za duhovski stan.

Tako namreč mi zatrjuje omenjeni nadškof v listu z dne 22. septembra 1901. Jaz sem mu pa obljubil, da bom pomagal dotičnim mladeničem za potni strošek, ako bi se kateri oglasil. Se ve, da bi dotični moral biti dober in vzgleden, da se bo tudi o njem moglo reči, kar mi piše nadškof o dosedanjih naših misijonarjih:

„Ultero fatemur filios slovenicae gentis praeclarum dedisse exemplar optimeque de ecclesia americana meruisse sicque confidimus bonitate ingenii non mediocris fama ac moribus integros ac in primis vocatione sacerdotali et zelo insignes pristinam renovare gloriam valituros.“

2. Južna Amerika.

Tudi v Braziliji je nad 24.000 Avstrijancev, med njimi tudi precej Slovencev. Ti so pa dušno in telesno še bolj zanemarjeni in zapuščeni. Do sedaj niso imeli nobene duhovne pomoči. Svoje otroke so morali pošiljati celo v protestantovske šole. Pred nekoliko mesci so se v Št. Pavel naselili beuronski benediktinci in začeli duhovno pastirovanje po mestu in po deželi. Sprevideli so, da brez šole ne morejo dosti opraviti. Zato so v sredi mesta najeli veliko hišo in jo priredili za šole, katere sedaj že nad 100 otrok obiskuje. Potrebni stroškov pa sami ne morejo zmagati in potrkali so na naša vrata, ko bi jim kaj pomagati hoteli in mogli.

Ondi tudi za Slovence skrbé in upajo, da bodo po oo. benediktincih v Pragi mogli

tudi kakega slovenskega patra dobiti. Ko bi kak Slovenec imel poklic v red reformiranih benediktincev in za težavni misijon v Južni Ameriki, morda bi ga v Pragi sprejeli v red, in za obojni poklic pripravili.

3. Afrika.

Znano je, koliko Slovencev, posebno slovenskih deklet, je v Egiptu, posebno v Aleksandriji. Tudi v tem novem Babilonu se premnoge dušno in telesno, časno in večno izgubé. Hvala Bogu, da imajo sedaj gorečega očeta frančiškana in sicer Slovenca, ki si prizadeva dobre ohraniti, izgubljene pa rešiti.

Ali cerkve lastne nimajo. V skupni cerkvi za vse narode je pa preveč drenja in duhovno pastirovanje skoraj nemogoče. Začeli so se pa prizadevati, da bi si lastno cerkvico sezidali. Prav presrčno prosijo za denarno pomoč.

4. Šolski bratje.

Kaj na dobrem glasu so šolski bratje, ki podučujejo v ljudskih šolah, imajo tudi na

dveh krajih učiteljišče in svoj novicijat v Strebersdorfu pri Dunaju. Želeli bi, da se jim prijavi tudi kaj Slovencev. Sprejemajo pamladeniče, ki imajo poklic in ki so dovršili štiri gimnazijske razrede z dobrim vspehom. S početka je treba za hrano nekaj malega plačati; ko se pa o poklicu prepričajo, onda je vse brezplačno.

Ali je kak slovenski mladenič, katerega bi veselilo stopiti v kongregacijo šolskih bratov in se v njej pripraviti za preimenitni učiteljski poklic? Želelo bi se, ker morebiti jih bomo kmalu tudi na Slovenskem potrebovali.

Vse to se naznanja častitim gg. duhovnim pastirjem in gg. katehetom na gimnazijah, da po svojih močeh kaj pripomorejo v eni ali drugi zadevi. Točko 1. in 4. naj bi častiti gg. katehetje posebno uvaževali.

Knezoškofijski ordinarijat prav rad v vseh omenjenih zadevah posreduje.

Kn -šk. ordinarijat v Ljubljani 4. novembra 1901.

✠ Anton Bonaventura

knezoškof.

72.

Prorogatio facultatum quoad alienationem bonorum Regularium.

Nuntiatura Apostolica Viennae sub die 3. Octobris 1901 Nro. 6207 litteras sequentis tenoris huc transmisit:

„Facultates quoad alienationem bonorum Regularium, a S. Sede Reverendissimis Ordinariis Austriae et Hungariae concessae per Breve „Facultates de Regularium bonis“ diei 1^{ae} Septembris 1891,*^o) prorogatae

*) Confer „Laibacher Dioecesanblatt“ n. XI. 61 ex 1891 pag. 135.

sunt in forma ac terminis praecedentis concessionis per Breve Apostolicum diei 18 nuper elapsi mensis septembris ad aliud decennium a novissimo postremae prorogationis die computandum “

Viennae, die 3^a Octobris 1901.

† Emygdus Archiepiscopus Sebastenus
Nuntius Apostolicus.

73.

Privilegiji Bonifacijeve družbe.

Glavno načelstvo Bonifacijeve družbe v Paderbornu je poslalo semkaj v prepisu papežev breve z dne 15. marca 1901., ki slove:

Leo PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam. Dilectus Filius Noster Georgius S. R. E. Presbyter Cardinalis Kopp retulit

ad Nos in votis sibi admodum esse, ut sacerdotibus in piam associationem a Sancto Bonifacio rite adlectis facultatem de Nostra benignitate faciamus quam Antistites Germaniae Fuldae coadunati flagitarunt, nempe altaris personalis privilegium et veniam tribuendi aegrotis in mortis articulo constitutis benedictionem cum plenaria indulgentia admissorum omnium; nec non benedicendi

cruces, crucifixos, coronasque precatórias, et parvas Sanctorum statuas et nonnulla scapularia benedicendi ac fidelibus consueto ritu imponendi. Nos autem ut tam frugifera societas uberiora capiat in Domino incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia ac B. B. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, per praesentes concedimus, ut omnes et singuli sacerdotes nunc et in posterum dictam in associationem S. Bonifacii legitime adlecti, quandocumque pro anima cuiuscumque christifidelis in purgatorio detenta ad quodlibet altare missam celebraverint, missae sacrificium huiusmodi tertantum qualibet hebdomada animae pro qua celebratum fuerit perinde suffragetur ac si ad altare privilegiatum fuisset peractum. Praeterea concedimus, ut quoties aliquem ex utroque sexu christifidelem in mortis articulo constitutum esse contigerit, si vere poenitens et confessus ac S. Communionem refectus vel quatenus id facere nequiverit saltem contritus nomen Jesu ore si poterit, sin minus corde devote invocaverit et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo susceperit, toties per quemcumque e presbyteris nunc et pro tempore existentibus in ipsa associatione benedictionem Apostolicam Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine cum plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia et remissione recipere servatis servandis queant: veniam insuper facimus, ut omnes et singuli presbyteri nunc et pro tempore pariter in dicta S. Bonifacii societate inscripti extra urbem de loci respectivi Ordinarii consensu cruces, crucifixos, sacra numismata, coronas precatórias et parvas Domini Nostri Jesu Christi, B. Mariae Vir. omniumque Sanctorum metallicas statuas cum indulgentiarum applicatione, quae in elencho edito typis S. Congregationis de Propaganda fide die XXIII. Februarii MDCCCLXXXVIII numerantur, et quoad coronas precatórias non excepta

indulgentiarum applicatione S. Birgittae nuncupatarum in forma ecclesiae solita, tempore missionum dumtaxat atque spiritualium exercitiorum publice, aliis vero temporibus privatim benedicere possint. Tandem largimur, ut ipsi presbyteri dictae associationis socii, dummodo consensus accedat Moderatorum Ordinum Religiosorum, ad quos similis facultas spectat, benedicere et imponere fidelibus queant scapularia SSmae Trinitatis, B. Mariae Virginis a Monte Carmelo, Septem Dolorum Immaculatae Conceptionis, dummodo tamen ipsa scapularia confecta sint ad normam a S. Sede probatam et quoad ipsorum benedictionem et impositionem ea omnia serventur quae ab ecclesiae legibus servanda praescribuntur. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis et manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemunitis eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XV Martii MDCCCXI.

Pontificatus Nostri Anno vigesimo quarto.

Pro Dno Card. Macchi

L. S.

Nicolaus Marini
Sub.

Ker se nahajajo tudi v naši škofiji nekateri člani Bonifacijeve družbe, se podeli s tem duhovnikom, ki so člani, dovoljenje, da se smejo posluževati pooblastil, katera jim naklanja predstoječe papeževo pismo.

74.

Davčni certifikati kot priloge fasijam so kolka prosti.

C. kr. deželna vlada za Kranjsko javlja z dopisom z dné 20. septembra 1901, št. 14.272, doslovno:

„Laut Erlasses des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 8. August 1901, Z. 23.719, hat das k. k. Finanz-Ministerium anlässlich einer gestellten Anfrage an die k. k. Finanz-Landes-Direction in Wien auszusprechen befunden, dass sich die mit den Finanz-Ministerialerlässen vom 26. März 1886, Z. 7913 (Fin.-Min.-Vdg.-Bl. Nr. 12 de 1886) und vom 24. November 1887, Z. 35.361, dem hochwürdigem fürstbischöflichen Ordinariate mitgetheilt mit der h. ä. Zuschrift vom 9. Dezember 1887, Z. 12.140, *) den Eingaben zur Vorlage der

Einbekenntnisse in Congruasachen zugestandene Befreiung auch auf die im Grunde des § 4, II^a der Verordnung des Ministeriums für Cultus und Unterricht und des Finanz-Ministeriums vom 16. November 1898 R.-G.-Bl. Nr. 205, beizubringenden Steuercertificate, beziehungsweise auf die Eingaben um Ausfertigung dieser Bescheinigungen erstreckt.

Hievon beehrt sich die Landesregierung das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat behufs weiterer gefälliger Verständigung in Kenntnis zu setzen.“

Kar se daje s tem na znanje.

*) Glej „Laibacher Diocesanblatt“ 1. 1887 X. 82 str. 112.

75.

Uvrstitev duhovnikov-vojakov v rezervo in klerikov v evidenco nadomestne rezerve.

C. in kr. poveljstvo dopolnilnega okraja št. 17 v Ljubljani sporoča z dopisom z dné 7. septembra 1901, št. 7357, okrožnico, katero je razposlalo c. kr. okrajnim glavarstvom v zadevi postopanja pri uvrstitvi duhovnikov-vojakov v rezervo ter klerikov v evidenco nadomestne rezerve in ki se glasi doslovno:

„Es wird das Ersuchen gestellt bei Vorlage von Gesuchen der ausgeweihten Priester um Ernennung derselben zu Militärgeistlichen in der Reserve dieselben zu verständigen, dass ihnen im Falle ihrer Ernennung zu Militär-Seelsorgern in der Reserve die gleichen Verpflichtungen wie den übrigen Reserve-Gagisten obliegen und sie demnach alljährlich beim Haupttrapporte zu erscheinen und sich innerhalb der festgesetzten Zeit vorschriftsmässig zu adjustieren und die vorgeschriebenen Dienstbücher anzuschaffen haben werden.

Bei Uebersetzung von Candidaten des geistlichen Standes in die Evidenz der Ersatz-Reserve sind dieselben jedoch von jeder Dienstleistung im Frieden, wie z. B. Erscheinen bei der Controlversammlung u. s. w. enthoben und werden im Mobilisierungsfalle nur nach Bedarf zum Seelsorgerdienste herangezogen.

Es erfolgt in einem solchen Falle dann gleichzeitig mit dem Einberufungsbefehle ihre Ernennung zum Militär-Kaplan II. Classe auf Kriegsdauer.

Sollten Candidaten des geistlichen Standes, beziehungsweise die ausgeweihten Priester nach Kenntnissnahme dieser Bestimmungen der Corps-Commando-Verordnung M. A. Nr. 3144 vom 27. Mai 1889 noch weiterhin ihre Ernennung anstreben, so sind ihre diesbezüglichen eigenhändig geschriebenen an das kais. u. königl. Reichs-Kriegs-Ministerium in Wien zu richtenden Gesuche im Wege der zuständigen politischen Bezirksbehörde h. a. einzubringen und mit folgenden Documenten zu belegen:

1. Mit dem legalisierten Nachweis über die vollständig beendeten Studien.
2. Dem Nachweise über die erhaltene Priesterweihe.
3. Dem Reverse bezüglich der Uebernahme der Verpflichtung zur vorschriftsmässigen Adjustierung und zur Anschaffung der vorgeschriebenen Dienstbücher.

Auch ist dem Gesuche der Militärpass stets beizulegen und im Gesuche der jeweilige Anstellungsort zu erwähnen.

Kar se daje s tem na znanje.

76.

Raziskavanje po maticah.

Dr. Wilhelm Smeschkall, c. k. notar na Dunaju (Wien, VIII., Josefstädterstrasse 31) prosi, naj bi se poiskali v župnih maticah ljubljanske škofije rojstni podatki nekega Mateja (ali Matije) Sabukouz, ki se je porodil leta 1797 ali 1798 nekje na Kranjskem.

Naroča se torej oč. gg. matičarjem, naj iščejo to rojstvo po svojih maticah. Kdor je najde, naj pošlje dotični rojstni in krstni list naravnost zgoraj omenjenemu gospodu notarju na Dunaj.

77.

Konkurzni razpis.

Razpisuje se vsled smrti dr. Leonarda Klofutarja izpraznjeno prvo dostojanstvo stolnega kapiteljna ljubljanskega, to je stolna proštija pri stolnici sv. Nikolaja v Ljubljani, ki je cesarske ustanove, podeljujejo jo pa sv. Oče.

Prošnje zánjo so nasloviti na Njegovo c. in kr. apostolsko Veličanstvo.

Istotako se razpisuje tudi izpraznjeni grof Lambergov kanonikat pri stolnici sv. Nikolaja v Ljubljani.

Prošnje za ta kanonikat so nasloviti na starejšino (senijorja) grof Lambergove rodbine.

Glede osebe prezentatorja in pravice do tega kanonikata glasé se določila ustanovnega pisma z dné 24. aprila 1708 doslovno:

I. Ut Canonicus Lambergianae familiae perpetuo vocetur, praesentandus semper a Seniore familiae Nostrae, prout de antiquo more, ad Beneficia simplicia hucusque praesentari consueverunt eorundem Beneficiati.

II. Ius Patronatus dicti Canonatus pro tempore obtinens tenebitur aptam semper Personam et idoneam, quae Doctorali vel Licentiatu in Theologia vel utroque Iure Laurea condecorata sit, eaque scientia instructa, ut Consiliarium Consistorialem agere, et Ecclesiae prodesse possit, Domino pro tempore existenti Labacensi Episcopo tanquam loci Ordinario ad confirmandum et instituendum debito tempore praesentare.

III. Extante vero quopiam idoneo de familia Nostra Lambergica, hunc aliis praeferre et praesentare teneatur.

Razpisujejo se dalje župnije: Babno Polje v cerkniški dekaniji, Horjul v vrhniški dekaniji, Koroška Bela v radovljiški dekaniji in Turjak v ribniški dekaniji.

Prošnje za župniji Babno Polje in Koroško Belo so nasloviti na veleslavno c. kr. deželno vlado; za župnijo Horjul na prečastiti kn.-šk. ordinarijat; za župnijo Turjak pa na slavno lastništvo patronskega posestva Auersperg.

Zadnji rok za vlaganje prošenj je 7. december 1901.

78.

Škofijska kronika.

Za vodjo bogoslovnih ved je bil mesto pokojnega prošta dr. Leonarda Klofutarja imenovan prečastiti gospod semeniški vodja prelat dr. Janez Kulavic

Podeljene so bile župnije: Šent-Janž č. g. Ivanu Nemanjiču, župniku v Št. Lambertu; Kočevje č. g. Ferdinandu Erkerju, kapelanu v Št. Vidu nad Ljubljano; Škocijan pri Dobravi č. g. Petru Bohinjcu, župniku v Horjulu.

Kanonično vmeščeni so bili čč. gg.: Ivan Nemanjič na župnijo Šent Janž dne 16. septembra 1901; Alojzij Jaklitsch na župnijo Kočevsko Reko (Rieg) dne 16. septembra 1901; Frančišek Andrejak na župnijo Banjo Loko dne 24. septembra 1901; Josip Erker na župnijo Mozelj (Moesel) dne 24. septembra 1901; Jurij Rozman na župnijo Kovor dne 1. oktobra 1901; Josip Seigerschmied na župnijo Lesce dne 1. oktobra 1901; Ivan Lovšin na župnijo Prem dne 2. oktobra 1901; Ivan Jereb na župnijo Sv. Vid nad Cerknico dne 3. oktobra 1901; Frančišek Indof na župnijo Javorje pri Litiji dne 21. oktobra 1901; Frančišek Pokorn na župnijo Zg. Besnico dne 24. oktobra 1901; Peter Bohinjec na župnijo Škocijan pri Dobravi dne 11. novembra 1901.

Premeščeni so bili čč. gg.: Avgust Schauer kot župni upravitelj na Toplo Reber (Unterwarmberg); Frančišek Sturm iz Kočevske Reke (Rieg) kot župni upravitelj v Poljanico (Pöllandl); Josip Plantarič iz Kranja kot župni upravitelj v Šent-Lambert; Josip Potokar iz Tržiča v Kranj; Ivan Barle iz Kranjske gore v Tržič; Ivan Baloh iz Šmarija v Kranjsko goro; Leonard Zupan iz Polhovega Gradca v Šmarije; Jakob Kleindienst s Krke v Polhov Gradec; Vincencij Čibašek iz Spodnje Idrije v Leskovec mesto

na Dole; Josip Juvanec s Suhorije kot župni upravitelj v Rakitno; Frančišek Zega s Prema v Št. Vid pri Zatičini; Frančišek Žužek iz Dolenje vasi pri Ribnici v Šent Vid na Ljubljano; Leopold Kolbezen iz Dragatuša v Dolenjo vas; Anton Bojanec iz Škocijana pri Dobravi kot ekspozit na Suhorijo; Ivan Meršolj z Dobrove kot župni upravitelj v Horjul.

Na novo sta bila nameščena čč. gg. semeniška duhovnika: Jakob Kalan kot duhovni pomočnik na Dobravi pri Kropi in Matija Okorn kot kapelan na Krki.

Nemški viteški red je premestil iz Podzemlja č. P. Janeza Kubinka ter poslal na njegovo mesto č. P. Stanislaja Dostala.

Začasni pokoj je bil dovoljen č. g. Jakobu Lovretiču, kapelanu v Horjulu.

Umrli je p. n. prečastiti gospod infulirani stolni prošt ljubljanski dr. Leonard Klofutar v Ljubljani dne 26. oktobra 1901; v Velesovem pa je umrl častiti g. Josip Benkovič dne 5. novembra 1901.

Priporočata se v molitev čč. gg. duhovnim sbratom.

V knezoškofijsko bogoslovno semenišče so sprejeti naslednji gospodje: Borštinar Janez z Vranje peči; Jamšek Nikolaj z Goričice, župnija Moravče; Koželj Matej iz Tunjic pri Kamniku; Kralj Alojzij iz Višnje gore; Kurent Alojzij iz Višnje gore; Orehek Andrej iz Krasc, župnija Moravče; Osél Andrej iz Dragočajna, župnija Smlednik; Perné Alojzij iz Kranja; Prešern Josip iz Smolenje vasi, župnija Šmihel pri Novem mestu; Prijatelj Vladimir iz Novega mesta; Rataj Ivan iz Šempetra pri Novem mestu; Strubelj Ivan s Peči, župnija Polica; Žnidaršič Josip s Ceste, župnija Dobropolje.

Knezoškofijski ordinarijat v Ljubljani, dne 11. novembra 1901.